



Universitätsbibliothek Paderborn

**Blaspemiae Et Impieties Seditiosaq[ue] dogmata
Ioannis Meynertzhagen pseudo ecclesiastæ apud
Bonnam, ex libello que[m] inscripsit, Des Euangelischen
Bürgers Handtbüchlin. Hoc est, Enchiridion ...**

Erzdiözese Köln

[Köln], [1544]

VD16 K 1773

In Svmmvm Pontificem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34979

Quicquid in Ecclesia agitur, præter ea q̄ expressim in scriptura continentur, cōtendit esse meram idolatriam, seu superstitionem. fo. 21.
fa. 2. & fol. 25. fa. 2. Vbi exemplificat de indictis ieunijs, ferijs & similibus. Et fo. 27. fa. 2 & fo. seq. appellat huiusmodi Ecclesiasticas constitutiones, Nenias, Eytel Tandtmher.

Ridet celebrationem Missarum, continuatas & prolixas preces, peregrinationes, exēdificationes temploēum, altarium, & turrium, & usum campanarū & luminarium.

Item uotum perpetuae castitatis, indicta ieunia, & festa, Monachis-
mum, habitum religiosum, horas Canonicas, recitationem angelicæ sa-
lutationis, & omnes orationes æditas ab hominibus quamlibet pijs,
quæ non continentur in sacris literis. lib. 2. fol. 45. fa. 2. & 46. fa. prima.
Contēnit tēpla & basilicas tanquā non sint domus Dei. li. 2. fo. 71. fa. 1.
Contemnit continuatas & prolixiores orationes Iacobitarum, Franci-
scanorum & Benedictinorum &c. lib. 2. folio 36. facie 1.

Afferit oīa germanice in tēplis esse canenda & legēda. li. 2. fo. 115. fa. 1.
Afferit eos esse falsos Prophetas & lupos q̄ homines admonent ad le-
gandum aliquid Ecclesijs, Monasterijs seu pijs locis. Vult quoq̄ iuu-
tutem non esse inhortandam ad capessendam uitam monasticam, seu
ad professionem uitæ religiosæ, libro 2. folio 41. facie 1.

Nō patitur ut quis se a pfessione Monachismi uel Dominicanum, uel
Franciscanum, uel Benedictinū, uel Bernharditam, seu a pfessione ul-
lius regulæ talium Patrū (quos uocat Alfantzen) appelle. fo. 56. fa. 1.
Hypocriseos eos arguit, qui in Ecclesijs & Monasterijs pro benefacto-
ribus orant.

Ecclesiasticam sepulturam, & Exequias defunctorum, & similia con-
temnit, & hypocrisim uocat. libro 2. folio 47. fa. 2.

Damnat delectū ciborum ueluti mendaciū. lib. 2. fol. 99. fa. 2. 101. fa. 2.

I N S V M M V M P O N T I F I C E M.

In hūc ualde inuehitur. fol. 69. fa. 1. A folio 81. fa. 2. usq; ad folium 84.
& maxime sub titulo, Von den verfürern vom warenn Christen
glaubent, appellat summum Pontifieem hominem peccati, filium per-
ditionis, & Antichristum. Et detestatur Romanam fidem. Et interpre-
tatur seipsum, hoc est, ea quæ superius in hanc sententiam scripsit, com-
petere in summum Pontificem. fol. 90. & 122.

I N S T A T U M E C C L E S I A S T I C U M.

Hunc mirū in modū insecuratur sub titulo, Von Altar dienern. fo. 87
In huius Status inuidiam, allegat Christum a diabolo, sacerdotio, &
scribis esse tentatum. fo. 61. fa. 2. & 63. fa. 2. Perinde ac si nihil esset pas-
sus ab alijs Iudæis seu Gentibus.